F
visuris lecturis

In Nomine Domini Amen. Universis et singulis p(rese)ns
publicum Instr(umentu)m inspectur(is) seu legi auditur(is) pate-
at euidenter et sit notum, Q(uod) nuper de anno a Na-
tiuitate Domini millesimo quadringentesimo septua-
gesimo septo, Indictione nona, die vero Mercurij vice-
sima quarta mensis Aprilis, Pontificatus Sanctissi-
mi in Chro Patris et Dni nri Dni Sixti diuina
prouidentia Ppe quarti anno quinto, In mei No-
tary publici, testiumqz infra scriptorum ad hoc spe-
cialiter vocatorum et rogatorum p(rese)ncia p(er)sonalit(er)
constitutus honestus vir Petrus Wisotz in Win-
heim, comorans, Laicus Moguntin(ensis) Dioce(sis), asserens
dicens et tantum in medium proponens qualit(er) ipse sit
et consistit verus unicus, et indubitatus Patronus siue
collator Altaris b(ea)te Marie virginis siti in Paro-
chiali Ecclesia ville Flarsheim, dicte Moguntin(ensis)
Dioc(esis) Cuiusqz plenum Jus patronatus ad dictum al-
tare p(rese)ntandi ad ip(su)m et nullum alium spectet ~~aut~~
et pertineat suamqz genealoriam quasi penitus esse
extinctam volensqz p(re)terea sue a(n)i(m)e ac progenitorum
suorum salutem salubrit(er) prouidere, et in diuini
cultus augmentum et p(er)petuationem, non vi, dolo, metu
fraude, seu aliqua sinistra machinatione, ut appa-

ruit circumventus sed ex certa eius scientia et spontanea
voluntate, maturaque deliberatione quemadmodum dixit
prahabita omnibus melioribus modo via Iure forma causa
et ordine, quibus magis melius et efficacius ac in Iure vali-
dius potuit et debuit pro se et suis heredibus cessit, dedit,
tradidit, resignavit transportavitque et donavit donatione
vera quae fit et dicitur inter vivos pure libere simpliciter
et ~~vere~~ plane ac ex singulari favore et confidentia providis
viris Magistris Fabricae et Iuratis dictae parochialis Ec-
clesiae in [illegible], necnon Sculteto, Scabinis, et Justici-
ariis Secularis Iudicii ibidem pro tempore existentibus omne ius pro-
natus sive Ius praesentandi suum in et ad dictum Altare B.
Mariae quod sibi competebat Itaque Ius praesentandi ad huiusmodi Altare
perpetuis et futuris temporibus apud eosdem Magistros Fabricae
ac Scultetum, Scabinos et Justiciarios Iudicii in [illegible]
[illegible] coniunctim permanere voluit, sine quorumcumque etiam
contradictione, Insuper in eventum si dictos Magistros Fabricae
et Iuratos Scultetum ac Scabinos et Judiciarios in
praesentando personam habilem et idoneam ad dictum altare
discordare et divari contigerit, ex tunc voluit, disposuit
et ordinavit, ac vult, disponit et ordinat quod praesentatio
maioris et sanioris partis realiter suum debeat sortiri
effectum Transferens nihilominus et transfundens in

antedictos Magros Fabricae et Juratos dictae Ecclesiae
Sculteturnque Scabinos et Justiciarios coniunctim, plenam
et omnimodam auctoritatem et potestatem ad dictum Altare
tpe vacationis occurrentis iuxta tenorem fundationis eiusdem
beneficij personam habilem et idoneam praesentandi aliaque circa haec
quolibet necessaria faciendi et exercendi omnemque facul-
tatem et Jus in et ad praemissa faciendi quotiescunque competend. a se
penitus et expresse abdicando, Hortans atque desiderans a
praelibatis magris Fabricae et Juratis, Sculteto Scabinis
et Justiciarijs in praemissis agere prout felicius videbi-
tur expedire, super quibus ipsorum conscientias onerari et
oneratas esse voluit, ut altissimo domino Deo nostro in dicto
Altari divinus cultus perpetuis temporibus reddatur et perma-
neat, Dans atque concedens eisdem Magris Fabricae et Ju-
ratis Scultetoque Scabinis, et Justiciarijs plenariam potesta-
tem et facultatem petendi et impetrandi quotiens opus fue-
rit huiusmodi supportationis et translationis per quoscunque
superiores ad hoc auctoritatem habentes approbari et confirmari
Promisitque dictus Petrus Rhotz in manibus mei Notarij
publici infrascripti solenniter stipulantis et recipientis
vice et nomine omnium et singulorum quorum interest
intererit aut interesse poterit quolibet in futurum
huiusmodi translationem et Juris patronatus resignationem

et ipsum pro se et haeredibus suis, ut praemittitur factas ratam
gratam, atque firmam perpetuo habere, inviolabiliterque
tenere et observare, nec easdem ~~vel~~ in toto vel in parte
reclamare seu reclamari facere, Renuncians
nihilominus omnibus et singulis exceptionibus tam juris cano-
nici quam civilis auxilio beneficiisque privilegiis et in-
dultis, quibus mediantibus contra praemissa vel praemissorum aliquod
facere seu venire posset, Et signanter exceptioni dicenti
generalem renunciationem non valere nisi praecesserit specia-
lis, Quas quidem donationem et juris patronatus huiusmodi trans-
lationem providi viri dictus Ambrosius Lille ~~[illegible]~~
Magister Fabricae juratus et Henno Sandorff ac Hanso
Elsmisius Scabini Jurati Secularis Judicii in Ham[illegible]-
[illegible] tam partes dominibus Magistrorum Fabricae et Jura-
torum Eccles: ~~huiusmodi~~ et Sculteti Scabinorum et Justiciariorum
praefati Judicii modo et forma quibus potuerunt et de-
buerunt melioribus acceptarunt gratificarunt et appro-
barunt, pro acceptatis ratificatis et gratificatis habuerunt
et haberi voluerunt, Super quibus omnibus et singulis praefati
Petrus Otto et dictus Ambrosius Henno Sandorff
und Hanso Elsmisius domini quibus supra me No-
tarium publicum infrascriptum requisiverunt ac
ipsorum quilibet requisivit, Et unus ipsi unum vel plura

publicum seu publica facerem et conficerem instrum et instra.
Acta fuerunt haec Maguncie in domo habitacionis mei
eiusdem infrascripti Notarij sub Anno Indictione die Mense
et pontificatu quibus supra presentibus ibidem honorabilibus viris
dominis Johanne Gerlaci de Eppenheim plebano ibidem in Hersu
heim et Adam Brandt Altarista predicti Altaris Ottone
Brunfels pastore in Barnheim et Conrado Geblen de
Warberg clerico Paderborn dioc. Testibus ad premissa
vocatis specialiter atque rogatis.

Locus Sign. Not:

Et ego Conradus Thues de Warberg Clericus Paderborn.
dioc. publicus sacra imperiali auctoritate Notarius causarumque
sancte Moguntine sedis Scriba Juratus, Quia premissis
omnibus et singulis, dum sic ut premittitur fierent et age
rentur una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque
sic fieri vidi et audivi, Ideoque presens publicum instrum
manu alterius me interim alijs occupato negotijs fideli
ter scriptum exinde confeci subscripsi et in hanc publi
cam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis
signavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum
premissorum rogatus et requisitus.

Collationata et auscultata est presens
copia Instrumenti donationis, ~~in perga~~
~~meno conscr~~ et concordat cum vero suo
in pergameno conscripto Originali, de
verbo ad verbum, quod attestor ego
Wendelinus Lör Notarius publicus
ac causarum sancta Mogunt: sedis Scriba
Juratus hac propria manus meae
subscriptione.

Wendelinus Lör
qui supra. Notarius